

DOCUMENTATION

PONTIFICAL BULLS

MOST REV. BIENVENIDO TUDTUD

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Decto filio BENVENUTO TUDTUD, adhuc Curioni ad templum Ss. Sacraenti in urbe Caebuana, in eadem archidioecesi, electo Episcopo titulo Thimieni, atque Auxiliari sacri Praesulis Dumaguetensis, salutem et apostolicam benedictionem. Natura ipsa nos admonet ut ubi magna sunt negotia, et labores, tunc inunda coepit, ibi etiam vires sint pares rebus; quod profecto multo magis fieri oportere putandum est, cum sanctissimae fidei nostrae causa agitur, in ea scilicet agenda siquid defuerit, erit sane ea res plus danni ac maii datura, nam credi possit. Cum ergo venerabilis frater Epiphanius Surban Belmonte, Episcopus Dumaguetensis, christianaे religione intendendae atque propagandae studio egeret, censumus bene Te posse eidem assignari, quem non solum sacrae virtutem atque ingenium atque pietas sincera ornarent, sed etiam usus sum haud minimus, ad munus episcopale gerendum valde utilis. Quae cum tu sint, consilio expedito a venerabilium Fratrum Nostrorum S.A.F. Cardinalem coetu, qui rebus Sacrae Congregationis pro Episcopis praesunt, auctoritate Nostra apostolica Te simul Episcopum nominamus et renuntiamus titulo **HIMIDENSEM**. Sedi nempe certo vacantis, simul Auxiliarem creamus in Antistitis Dumaguetensis, cui aderis industria, diligentia, cura. Tuo autem modo studentes, facultatem facimus, ut etiam extra urbem Romanum Episcopus consecrari possis, et quolibet catholicis Praesule, cui duo assint aequalis dignitatis viri, qui omnes sint cum hac Petri Cathedra fidei vinculis iuncti. Ante tamen, oportet sive fidei professionem facias, sive nisi jurandum fidelitatis erga Nos et hanc Romanam Ecclesiam, ad statutas irges et formularis des, iste aliquo sacro Episcopo qui iuridere religionis Nobiscum coniungatur: quis prefecto, cum negotium fecerit, tuo nomine subscripto atque sigillo impresso, tem eius qui affuit iuranti Tibi, ad Sacram Congregationem pro Episcopis citates. Ceterum, dilecte fili, "abora sicut bonus miles Christi: II Tim., 2,3" "sem diximus "miles" perpetuam, sed "bonus", id est fortis, generosus, magnanimes. Quae res si magnis Te curis afficeret, at etiam populo utilitates pariet,

Tibi gloriam. Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto.—F.T.—

Aloisius Card. Traglia
S.R.E. Cancellarius

Franciscus Tinello, Regens

Joannes Calleri, Proton. Apost.
Eugenius Sevi, Proton. Apost.

Expedita die XX Mar. anno Pontif. V

In Canc. Ap. tab. Vol. CXXVI N. 97

MOST REV. JOSE SANCHEZ

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto filio JOSEPHO T. SANCHEZ, in dioecesi Legazpiensi Generali Vicario, electo Episcopo titulo Lesvitano et Auxiliari Archiepiscopi Cacerensis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum supremi universae Ecclesiae rectoris Nobis sint impositae partes, omnia Nostra consilia et labores et industrias in ea collocari atque poni studemus, ut sancto Christi gregi quam commode provideamus; at inter omnia munera officiaque quae hodie Nobis facienda proponuntur, illud praecipuum locum obtinet quo Sacris Pastoribus auxiliatores viros concedimus ad commoda populi aptius comparanda. Cum igitur venerabilis frater Theopistus Alberto et Valderrama, Archiepiscopus Cacerensis, in hoc sit statu, aptumque a Nobis socium laborum poposcerit, existimantes Te, dilekte fili, huic suscipiendo muneri idoneum, quem probata virtus et rerum pastoralium usus summopere commendant, venerabilibus fratribus Nostris sententiam rogatis S.R.E. Cardinalibus, Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, de supra Nostra potestate Te simul Auxiliarem nominnamus eiusdem Archiepiscopi Cacerensis, simulque Episcopum renuntiamus titulo LESVITANUM, datis iuribus cunctisque obligationibus impositis, quae munus tuum dignitatemque consequuntur. Tuo autem maiori commendo studentes, facultatem facimus ut extra Urbem consecrationem a quovis Episcopo accipient, cui assistant de aequalis auctoritatis viri, qui omnes sint cum hac Romana Ecclesia vinculis sincerae fidei coniuncti. Ante autem haec, oportet sive fidei professionem facias sive ius iurandum fidelitatis

erga Nos et Successores Nostros des, coram aliquo Praesule qui et ipse cum Petri Sede vinculo fidei coniungatur, iuxta suetas formulas quas de more signatas sigilloque impressas ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittere. Fac, denique, dilecte fili, ut Nostrae expectationi et spei quam qui optime respondeas, nullisque unquam pareas curis atque laboribus, ita ut Sancti Pauli Apostoli verba ad te merito aptari sane queant: "abundantius laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum" - 1 Cor. 15, 10-. Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto . . F.T. —

Aloisius Card. Traglia
S.R.E. Cancellarius

Franciscus Tinello, Regens

Eugenius Sevi, Proton. Apost.

Expedita die XX Mar. anno Pontif. V

In Canc. Ap. tab. ol. CXXVI N. 96

— o —

MOST REV. GODOFREDO PEDERNAL

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto filio GODEFRIDO PEDERNAL, e dioecesi Lucenensi Sacerdoti atque Antistiti Urbano, vicibus Secretarii Generalis Conferentiae Episcopalis Insularum Philippinarum adhuc functo, electo Episcopo Insularum Philippinarum adhuc functo, electo Episcopo Boronganensi, salutem et apostolicam benedictionem. Christi verba gravissima, quae Apostolis facta sunt ut se salem esse terrae reputarent atque lucem mundi, neque Episcopis aptantur, quibus etiam id praeципue commissum est muneris, ut, divinae veritatis faciem praeferebentes, singularis virtutis exemplo ceteris praeirent hominibus. Cum igitur dioecesi Boronganensi, vacanti ob translationem venerabilis fratris Vincentii Reyes ad Ecclesiam Cabanuanensem, sacer esset Praesul praeficendus talisque profecto, qui Apostolorum successorum propriis dotibus abundaret. Nobis aptus visus es, dilecte fili, ad tantum officium suscipiendum cumque fidelium bono haud parvo obeundum. Qua ropter, de sententia venerabilium fratum nostrorum S.R.E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, deque supra Nostra potestate Te nominamus Episcopum Sedis Boronganensis, datis iuribus impositisque

obligationibus congruis. Maiori autem commoditati tuae consulentes Tibi permittimus potestatem, ubivis a quolibet Episcopo recipienda consecrationis, cui duo alii assistant eiusdem ordinis viri, sintque omnes sinceris fidei vinculis Nobiscum coniuncti. Antea tamen tuum erit ritualem catholicae fidei professionem facere iusque iurandum iurare fidelitatis erga Nos et Successores Nostros, testi aliquo sacro Praesule, et ipso Apostolicam Sedem sincere colente, forinillasque ad S. Congregationem pro Episcopis mittere, de more signatas, atque sigille impressas. Mandamus praeterea ut haec Litterae Nostrae publice in cathedrali Boronganensi templo clero ac populo legantur, quos quidem hortamur ut non solum Te venientem libenti enī accipiant, verum etiam ut revereantur Tibique pareant, ut amantissimos filios decet. Quas denique, dilecte fili, gentium Apostolus discipulorum carissimo, easdem Tibi Tecum mente recogitandas adhortationes proponimus: — "depositum custodi, devitans profanas vocum novitates: I Tim., 6, 20 . . Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octavo, Pontificatus Nostri quinto. — F.T. —

Aloisius Card. Traglia
S.R.E. Cancellarius

Franciscus Tinello, Regens

† Josephus Rossi, Epus. Palmyren.
Proton. Apost.
Eugenius Sevi, Proton. Apost.

Exposita die XX Mar. anno Pontif. V

In Canc. Ap. tab. Vol. CXXVII N. 28

— 0 —

MOST REV. FRANCISCO CRUCES

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

dilecto filio FRANCISCO CRUCES e dioecesi Laoagensi Sacerdoti, electo Episcopo titulo Tamboensi atque Auxiliari sacri Praesulis Lingayensis-Dagupanensis, salutem et apostolicam benedictionem. Qui novos caelos exspectamus et terras novas - cf. Is., 65,17 —, in quibus e tenebris in lucem emersi homines maiores omnes deponant, vitamque vivant interminatam, interim tamen sollempne habemus, et religiosum, et sanctum ea omnia tum Ipsi agere, tum facienda curare, quae christiano populo, maxime si antiquae fidei ac religionis fundamento

insigni, commoda majora ac utilitates afferant. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Marianus Madriaga, Arciepiscopus Lingayensis-Dagupanensis, negotiorum explicandorum gratia, viro adiutore egeret, bene arbitrati sumus Te, dilecte fili, tanto oneri destinari, qui ingenio, pietate, usu rerum cum nitores, spem certam faceres Te esse quam diligentissime hanc causam suscepturum. Consilio ergo petito a venerabilibus fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, de Nostra apostolica auctoritate Te simul Episcopum titulo TAMBEAENSEM placet nominari, quae Sedes vacabat ex quo venerabilis frater Petrus Aguilera Narbona supremum diem obiit, simul Auxiliarem creari venerabilis Praesulim, cuius mentionem fecimus, datis iuribus oneribus impositis quae similibus Episcopis fieri solent. Id etiam Tibi oneri erit, ut antequam Episcopus consecrabis, tum fidei professionem facias, tum ius iurandum fidelitatis erga Nos et hanc Apostolicam Sedein iures, teste quidem aliquo Episcopo qui sit cum hac beatissima Petri Cathedra fidei vinculis coniunctus. De qua re documenta exarari curabis, quae, sinceris exemplis, ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittere. His actis, tunc consecrari Episcopus poteris, ut his gentium, a quo vis sacro Antistite, item Nobis vinculis caritatis obligato. Ceterum, dilecte filli, si, ad beatissimi Augustini sententiam, - pascere gregem, est documentum amoris: cf. In Jo. 15-17 - iam, age populum tuum, pro tua parte, bene satis pasce: doctrina, amore, exemplo, ceterisque quibus fides vera glisceat, ceu alita flamma. Datum Romae, apud S. Petrum, die altero aprilis, anno Domini millesimo nonagesimo sexagesimo octavo. Pontificatus Nostri quinto. — FT.—

Aloisius Card. Triangl
S.R.E. Cancellarius

Franciseus Tinello, Ragens

Eugenius Sevi, Proton. Apost.
Josephus Massimi. Proton. Apost.

Expedita die XVIII Maii anno Pontif. V

In Canc. Ap. tab. Vol. CXXVII N. 61